

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Narcissvs Ep. 29. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

592

Porrò IVDAS dudum ante Regē Edes-  
ſā adiit Abagarū (is est qui olim Chri-  
ſtum, cùm in vivis adhuc ageret, per  
amicas literas in regni societatem evo-  
cavit ) telam ferens, in quā vultum ſu-  
quam ſimillimum Servator expreſſerat,  
munus profecto etiā iſum artificem  
ſuum non referret, ab artificiis certe  
manu quam maximè commendandū.  
Hoc ubi cubiculo decubentis Regis  
fuit illatum, locum illico omnem imi-  
tatā luce complevit, mox aspectu ſuo  
Abagaru[m] à morbo recreavit, tactu ve-  
rō perſanavit etiam. In ſacris undis cum  
omni aulā ſuā ablutus imaginem con-  
ſpicuo loco venerandam proposuit, ipſe  
epigraphen, literis auro liventibus, in  
hunc ſenſum adjecit: *Spes nulli unquam  
imponit, quam quis in te Christe ponit.*  
Recte, aīs, Dei effigiem in honore Aba-  
garus habuit. Tecum ſentio. Sed nego  
illos hodie recte facere, qui viuos Dei  
vultus, animos inquam perturpare per  
ſumnam injuriā non verentur. Ex  
*Constant. Porphyry Hieron.*

S. NARCISSVS EP. 29. Octobris.

Florere ſibi videbatur Ierosolyma,  
Ecum NARCISSVM haberet Ponti-  
ficem odore virtutis chariflum pa-  
triæ & acceptissimum. Sed ex tam pul-  
chro flore poffima aranea invidia vene-  
num ſibi luxit. Terni & ex mendaciis  
com-

19. OCT. *Vita Sanctorum.* 593  
compositi ciues in innocentiam conspi-  
rarunt, & sanctissimam viri famam fœ-  
dissimi criminis delatione contaminare  
sunt aggressi; utque ruitura mendacia  
perjurio fulcirent, si fallerent, poenas  
ipſi ſibi judices rei dictarunt, & primus  
ignes, alter morbum foedum, ultimus  
oculorum orbitatem imprecatus eſt,  
omnes à Cælitibus non ſurdis audiendi.  
Etenim etſi perfidiæ etiam juratæ  
nemo crederet, testiſque maximus &  
unus omnium instar NARCISSI ipſe  
eſſet NARCISSVS, execratus tamen  
hic vel ſuspicionem facinoris ſubduxit  
ſe, & ſilvarum exilio innocentem ſe  
damnavit. Mox tamen aliam in adver-  
ſarios ſententiam cælum pronuntiavit.  
Primus enim ille cum omni familiâ  
igne teſtis nescio unde illapo exuſtus  
facem, ut innocentia pateret urbi, ac-  
cedit. Alter horrido morbo obſeffus,  
uti à capite ad calcem uſque ſancti ni-  
hil, ita nihil ſani habuit. Interea dum  
vindicem DEV M tuentur, timuere ſibi  
oculi tertii teſtis, & ſceleris poenitidine  
hic ductus, publicâ confeſſione perfi-  
diā & lacrimis damnavit, ſed tot ac  
tantis, quibus oculi effluenter, mitiſſi-  
mâ vindictâ, quod simul noxam elue-  
rent. Ita cæli patrocinio defensus mu-  
neri ſuo ac loco eſt restitutus, vixitque  
NARCISSVS, quam diu nullus flos  
alius vivit, C. & VI. annos. Ex Euseb. l. 6.

Pp 5 S. ER-